



S

I

D

V

W

C

A



42 DISCURSUS
DE

PRIVILEGIIS,

STUDIO INTER OTIA

PRIVATO) COLLECTVS

ET

SERENISSIMO DUCI AC DOMINO,
DOMINO

F R I D E R I C O ,

DUCI SAXONIÆ, JULIACI, CLI-
VIÆ ET MONTIUM, UT ET ANGARIÆ ET
WESTPHALIÆ, LANDGRAVIO THURINGIÆ, MAR-
CHIONI MISNIÆ, COMITI PRINCIPALI DIGNITATE HEN-
NEBERGÆ, COMITI MARCÆ ET RAVENSBVRGI,
DINASTÆ RAVENSTEINII

ET TONNÆ, &c.

AMANTISSIMO PATRIÆ PATRI
PIO, OPTIMO, FELICISSIMO,

Humillimâ ac devotâ mente

dicatus

He 1912 X

Johanne Andreâ VWestphal,

p. t. Actuar. Aul.

GOTHÆ, Litteris REYHERIANIS.



DISCOURSES
BY RICHARD HEGEL
TRANSLATED FROM THE GERMAN
BY JAMES WOODWARD
DOMINICK DODD
LONDON
PRINTED FOR T. SPOTTISWOODE,
THOMAS CLARKSON,
T. AND J. SPEDDING,
THOMAS HODGES,
GEORGE COWPER,
THOMAS WHITTAKER,
J. M. DENT,
AND S. COLEMAN,
AT THE UNIVERSITY PRESS,
1835.
BY RICHARD HEGEL

SERENISSIME PRINCEPS, DOMINE CLEMEN- TISSIME.

 Q uod SERENITATEM TUAM Patriæ
saluti unicè invigilantem sermo-
ne hoc rudi compellare, insimul
sanctiores Tuas interpellare ausim curas,
temeritatis meritò incusarer, nî spe laetar-
rer haud vana, audaciæ hujus me impe-
traturum veniam, causas ad hoc calcar ad-
dentes proferendo. Harum vero non im-
merito primum atq; præcipuum sibi ven-
dicant locum, perplurima & tantum non
infinita à TUA SERENITATE in me imme-
rentem, nec sub SOLE Tuo natum, cle-
mentissime collata beneficia, inter quæ
palmarium quod SERENITAS Tua ultralu-

)(2

strum

strum me inter Tuos & TIBI servientes
numerari, & choro musico, quem in Au-
la tua nitidiori alis sat magnifico, adscri-
bi tam clementer passus fueris, insimul de
omnibus ad vitam commode transigen-
dam tam benignè prospexeris; Imò, ut
horas subcisisvas, quæ Tui, ô PRINCEPS
CLEMENTISSIME, ingenii bonitas, studiis
quibus olim dicatus juridicis impendere
mihi licuerit, ex privilegio quasi gratio-
fissime concesseris, ut ad altiora aliquan-
do adspirare mihi subministretur occasio.
Hæ sanè causæ tantæ apud me veneratio-
nis, ut ingratus hæc, & quæ singula enar-
rare Tua, SERENISSIME PRINCEPS, vix
pateretur humanitas, turpi involvere si-
lentio contra Ethnicorum sancta, qui
homine ingratu nil turpius duxere, ego
Christianus propudosum duxerim meri-
tò. Æs quo TUÆ SERENITATI me obstri-
ctum sentio, tam grave, cui dispungendo
vires



vires nec reculæ meæ ullo sufficiunt modo. Indicinam tamen qualem quallem existare, Pace Tua PRINCEPS CLEMENTISSIME, volui, hasce pagellas nimirum nulla sua dignitate aut *anq. Beia*, sed solâ tuæ SERENITATIS gratiâ nixas. Imiteris, humillimè precor, DOMINE CLEMENTISSIME, delicium illud generis humani, Imperatorem Vespasianum, qui à sua facie (ô e-logium tanto Principe dignum!) neminem tristem dimittere solebat, & me inter servos tuos minimum, tuæ, quâ eximiè polles, humanitatis aspectu exhilara, ac quas humillimè tibi offero plagulas,
DE PRIVILEGIIS, quæ inter alias occupationes mihi ordinariè demandatas natæ, clementissimo vultu haud dedigneris. Habet & gratitudo sua Privilegia, ut magis ex animo, quam ex merito suum habeant aestimium, unde in spem hanc erigor fore, ut SERENITAS TUA hæc mea le-



rioris quidem momenti exercitia privata
& minus exasciata, TANTO TUO FASTI-
GIO minime quidem digna obtutu Sere-
niori haud dignetur. Deus O. M. SERE-
NITATEM TUAM ad divini sui nominis glo-
riam, Ecclesiæ & Reipublicæ TUÆ salu-
tem & incolumentatem perennem TUÆQ;
SERENISSIMÆ DOMUS Decus ac roburfir-
missimum diutissimè & felicissimè prote-
gat atq; conservet. Mihi servo Tuō sub
umbone gratiæ Tuæ delitescere liceat, ut
hâc tutus ad majora gratitudinis devotif-
simæ specimina mihi suboriatur occasio.
Dabam ex Musæo meo. Gothæ d. 6. Maij.
1710.

SERENITATIS TUÆ

servus humillimus

J. A. Westphal.



Q. D. B. V.

Discursus de Privilegiis.

Proœmium.

Tegum ferendarum potestatem ad præcipua Majestatica jura referri , Politicorum concors opinio, unde & derogandi, obrogandi, abrogandi & tollendi potestas non potest non dependere. Ut ut autem legum effectus se ad omnes, obligationis & ut legibus conformem vitam agere queant, seu legum capaces , sese extendat, non tamen sic adstricta est ejus qui *τὸ νόμον* in Republica habet & limitata facultas , ut neminem ex numero


ta
TI
re
AF
do
u
q;
fir
te
ub
ut
isf
io.
aij.

al.

mero obligandorum eximere possit , svadet enim
aliud s̄æpe natura subjecti obligandi, s̄æpe etiam
ratio ex fine aliisque circumstantiis defumta , s̄æ-
pius etiam occulta & non omnibus obvia, ut unum
alterumque subjectum , imò totum ordinem aut cer-
tam civium collectionem , planè , vel in tantum vel
in totum, legum vinculo eximat, quod per specialem
Legislatoris gratiam , indulgentiam , dispensationem
aut per singulare privilegium , fieri solet. Est hæc
Privilegiorum materia in jure tantæ amplitudinis ut
plurimos ejus titulos percurrat, imò ubi de obligatio-
ne legum agitur, hæc quoque inveniat , ubi pedem
figat. Hinc cum in animum induxerim vires ingenii,
quod mihi satis exiguum modeste profiteor, quous-
que se in jure civili cui hactenus nomen dedi, se ex-
tendant periclitari, elegi hanc materiam certis thesi-
bus aut conclusionibus , fusius tractandam & expli-
candam, cui labori inter alias occupationes & horis
subsecivis nato , ut Benevole pariter ac cordate

Lector, faveas, est , quod peramanter
ac obnixe præcor.

Thesis



Thesis I.



Vemadmodum generalia specialioribus ex consilio JCti Ulp. in l. i. ff. si certum petatur, semper præmittenda, & omnibus aliarum artium Magistris imprimis juris legumque, ordinis ratio præcipue habenda, ita in hoc meo proposito idem quoq; faciendum mihi æstimo, de Constitutione seu lege primo in genere, post deinde in specie seu Privilegio, tanquam potissima hujus mei propositi parte acturus.

Jam autem illa generalia secundum philosophorum tradita & à JCtis etiam recepta versantur circa definitionem, ut loqvuntur, verbalem, qvæ secundum ejusdem Ulpiani receptum in l. i. ff. de j. & j. ad penitorem ipsius rei cognitionem nos perducit, ideoque de hac primo agendum, qvæ secundum methodum conservatam circa tria versatur, Ethymologiam, Synonymiam & Homonymiam.

A

Ra.

II.

Ratione Ethymologiae, privilegii natales à privus, a, um, qvod singulis, non universis concedantur, deducendæ.

Veteres enim priva dicebant, qvæ nos singula dicimus, *authore Gellio L. 10. c. 20.* Sic Livius *libr. 7.* scribit, milites privis tunicis donatos fuisse; & alibi, SCtum in hæc verba factum afferit, ut privos lapides silices secum ferrent. Dicitur etiam à privando seu corrigendo, qvod nempe legem seu Constitutionem generaalem privent, nam privilegium à principe concessum derogat legi generali, & Civitatis qvoqve statuta tollit, *L. 3. in f. C. d. LL.* sed diutius hic haud morandum, cum nomen privilegii per se sit notum & usitatissimum.

III.

Ratione Synonymia, & in significatione ampliori dici poterit, lex privata, privativa, seu lex privatorum.

Sed videtur sic jus privatum §.4. J.d.J & J. cum privilegio confundi! qvod tamen limitatur, si illud generaliter, hoc vero specialiter vel qvod principaliter ad singulorum speetet utilitatem, accep tes. *Rauchbar. P. 2. Q. 11. N. 122 seqq.* hiuc reetè apud Befold, dicitur lex specialis; it. apud Vivium *libr. 2. Decis. 338. N. 5.* jus singulare seu singularis lex, *in lege ult. C. de Fructibus.* Prærogativa, apud Richter, *P. 1. Dec. 4. N. 10.* Dispensatio sive Indultum vocatur.

IV.

Ratione Homonymia, & ex accidenti, privilegia ali-
qvando

qvando dicuntur vulnera, fontes & origines rebellio-
num qvarumvis.

Sic ex Trajano Bocalino & Barclajo Burgoldensis Discurs. ad I. P. O. M. Part. I. Discurs. I. p. m. 55. in f. refert, illa haud raro in semi-
na Zizaniorum, lapides scandalorum prorumpere. Imo Klok. de
Contribut. c. 16. Secl. I. N. 10. nimias antiquorum Regum facultates
nominare haud erubescit. Sed qvia hæc de Privilegiis in odium
alicujus tertii conceptis, jam à nostro scopo remotis, intelli-
genda veniunt, diutiū & nimis anxiè in hac definitione, qvam
vocant, nominali, desudare porro, supervacaneum mihi videtur,
propius ad rem seu definitionem realem nunc accedens.

V.

Sunt verò Privilegia non generalia jussa, neqve de
universis civibus, sed definiuntur rectè, qvod sint le-
ges certæ cuidam personæ vel causæ contra jus com-
mune benignè concessæ.

L. 1. ff. de *Constit. Princip. lex singulare* 16. ff. de LL. Sic etiam C.
Abbate. de V.S. C. *Privilegia Distinct. 3. Carpz.* P. 2. *Decis.* 103. n. 2. lex
dicitur privata, aliquid speciale ex singulari concedens ratione.
Hahn. ad Wesenb. de Constit. Princip. N. 2. Haud frustrà adjicio spe-
ciale, nam privilegii nomen nunquam meretur, si aliquid di-
versum seu separatum à jure communi non inducat, & ultra
illud aliud qvid operetur. l. qvod *Labeo* 9. ff. de *Carbon. Edit. l.*
Emptor. 38. ff. de *damn. infect.* *Richt.* ad *Avtb.* *Habita C.* ne filius pro pa-
tre *Diff. 3.* p. m. 43.

A 2

VI. Qvia

VI.

Qvia autem Privilegia , ut ex Definitione constat, ex Legislatoria potestate & Majestate proveniant, id-
èqve videndum , qvis olim & hodiernis moribus tali
potestate sit instructus. Condunt autem hodie le-
ges, qvi habent jura Majestatis. *L. ult. Pr. C. de LL.*

Nimis anxiè hic inqvirendum non est , qvomodo populus Roma-
nus pro diverso statu politico leges sancierint , cum ubique a-
pud Scriptores pleniori hæc manu tradantur , sed juvat potius
hoc saltem memorasse , qvod populus Romanus , cum ad Mo-
narchicum vergeret Statum, hanc juris constituendi seu legis
ferendæ potestatem omneqve imperium ab initio qvidem mul-
tis abhinc seculis in electum à se Imperatorem transferre fuerit
solitus , hocve singulari qvadam lege , qvx appellabatur Re-
gia. l. i. §. Sed & hoc. 7. vers. cum enim lege. de V. J. E. L. 2. Si novissi-
me. ii. ff. de O. J. L. in Princip. ff. de Conſtit. Princip. Et qvanquam
Politici hanc legem communiter pro figmento habeant, non a-
litter tamen pro necessitate Status tunc temporis & conservan-
di illius gratia , ex hypothesi qvadam politica credendum erat
reverà exitisse , qvod & alias ſapissime in politicis usu venire
folet. Verùm tractu temporis , mutata Reipublicæ Romanæ
forma , re ipsa exigente, aliquantum immutata , ita ut hodie
qvilibet τὸ Κράτος in territorio suo tenens (qvod maxime in Con-
ſtitut. publ. & Pacificat. Westphal. §. gaudeant. omnibus Stati-
bus Imperii confirmatum) ejusmodi leges tam generales qvam
speciales dare non prohibeatur , cum Princeps in suo territorio
valeat ceu Imperator ; qvapropter etiam Privilegia condit pro
libitu & necessitate sui Statūs.

VII. Qvia

VII.

Lex itaque generice considerata, est iussio Superioris singulos cives in Republica obligans.

Quae obligatio itaque ad scientiam & pœnam sese extendit: aliam etiam definitionem legis generaliter sumta exhibet *Grot.* qvod nempe hæc sit ordinatio quædam rationis ad bonum commune ab eo, qui curam communitatatis habet promulgata. Parum hinc cum Dn. Puffendorff. de J. N. & J. L. i. c. 6. §. 4. contra Hobbes. de Civ. cap. 3 §. f. putaram interesse, legem quis 'ordinacionem, an decreum, an iussum, an orationem vocaverit, hoc tamen minimè concedendum, semper ad legem hic esse necessarium, ut viva voce aut verbis in scripturam redactis promulgetur, quippe quæ neque formam neque materiam legis absolvunt, sed sufficit, si qualicunque modo voluntas Legislatoris subjectis innotuerit, ut ideo omnes exinde obligentur. Hinc in sensu hoc juris, mandatum Principis ore prolatum, jus potest dici scriptum, & qui ab hujus nexus se afficit exemptum, illud probare necesse habet. Qui enim à generali Principis ius suæ venditat exemptum, illum oportet esse vel extraneum, (nam extra territorium jurisdicendi potestas & per consequens etiam leges sese non extendunt. l. 2. ff. de Jurisdic.) vel saltem commeantem vel pernoctantem, vel incolam & civem temporarium, (nisi etiam quatenus in hos ultimos, in specie lex sit concepta, vel plane in rem scripta) vel privilegio speciali à summa potestate oportet esse munitum; Qui vero prædicti sunt illo, pro diversitate eorum diverso quoque utuntur effectu.

VIII.

Hinc proinde Privilegia sunt triplicia, Personalia,

A 3

Realia

Realia & Mixta. *Personalia* sunt, qvorum causa proxima & immediata, cui nempe conceduntur, est persona.

Breviter, ubi personæ conditio locum facit beneficio, hinc eadem ad hæredes non transeunt. *l. in omnibus causis.* 68. *l. privilegia 169. ff. de R. J.* Hoc tamen hic notandum, Privilegia dignitatis, qvamvis personalia, cum dignitate non extingvi, sed eâ etiam finitâ durare, & sic in memoriam pristinæ dignitatis qvendam Privilegii effectum remanere solere; sic e. g. is, qvi fuit Decurio, neqvit torqueri. *l. f. de Decurion.* 17. *C. de Qvest.* *l. eos qui.* *C. de excusat. mun.*

IX.

Realia sunt, qvando non ipsa persona, sed causa seu res favorem qvendam reqvirunt.

Hoc est, qvæ rei, causæ, aut actioni tribuuntur. Unde ad qvoslibet transeunt Successores, adeò, ut etiam ad fidejussores sese extendant. *d. l. Privilegia.* 146. *ff. de R. J.* Hujusmodi sunt privilegium actionis funerariæ, ubi nempe is, qvi in funus defuncti aliquid impendit, omnibus creditoribus præfertur; Restitutio in integrum, qvam minori forte ob lubricum ætatis in damnum incursum jura concedunt; nam non immediate personam ipsam minoris respicit, sed præcipua causa restitutionis est læsio seu damnum, & propterea Dd. statuunt, privilegia aliquva esse mixta.

X.

Mixta Privilegia partim realia partim personalia audiunt,

Sic



Sic mulieribus favore publico ob onus educandi liberos, & ne ob sexus fragilitatem cum dispendio rerum suarum facile ad intercedendum induci possint, in qualibet intercesione SCto Vellejano cautum est l. 2. §. verbo ff. ad SCt. *Vellei*: qvod Privilegium cum non tam personam mulierum seu utilitatem respiciat publicam, etiam ad hæredes transitorium. *l. Hæredes 20. C. ad SCrum Vellei*: Sic etiam uxor ratione dotis restituenda præter tacitam aliâs hypothecam insuper jure prælationis, ratione aliorum creditorum gaudet. *l. J. 29. de Act.* propter obseqvia, quæ præstat Matito, partus periculum & ipsam liberorum procreationem. *l. Asidius 12. §. 1. C. qui pot. in pign.* qvod privilegium cum sit qvodammodo personalissimum, ad hæredes qvidem extra-neos, non nisi qvoad tacitam hypothecam. *Carpz. P. I. C. 28. §. 99.* Bene tamen ad liberos ex illa uxore natos transit. *l. 12. §. 1. vers.* *Exceptus*. Hinc qvoties privilegium aliquod in defuncto jam radicatum, nondum vero exercitum, toties exercitum ejus ad hæredes transmitsitur, *Enenkel. de privil. l. 4. c. 14. N. 49.* Breviter

XI.

In reali & personali privilegio, causa impulsiva quam maximè attentanda.

Hinc semper respiciendum hic, an ratione personæ, an ratione rei, causa impulsiva ortum habeat, & sic facile erit perspicere quale privilegium concessum. Indubio autem præsumitur privilegium personæ concessum, reale, qvoties familiæ, causæ, ci-vitati, vel collegio tribuum, hoc enim licet mutatis personis, idem semper manebit. *l. proponebatur. ff. de Judiciis. Menoch. præf. 103. N. 16. cum seqq.* Sic è contra privilegium immunitatis, ne quis cogatur solvere pensionem, vectigal, tributa aut alia subire onera, qvando nullam hæredum facit mentionem, seu ex gratia concedatur, præsumitur personale, nam cum hoc privilegium immunitatis à jure communi recedat, strictè id inter-

pre-



pretandum, ut jus commune, qvoad ejus fieri potest, in minimo lèdat. C. cum dilectus 8. §. qvia vero, de consuetud. cumqve nunc ex his præmissis satis clarum & evidens sit, privilegia qvædam vel personis vel rebus concedi; rebus, veluti templis, ædibus vel aliis locis. C. cum olim effemus, 12. cum seqq. personis, hocqve vel singulis, vel universitat; si singulis, aut exprimi nomen proprium. C. Nolentes 8. de officio legati; aut in plures personas ejusdem conditionis & ordinis concedi. Hinc perspectu haud difficile, aliam privilegiorum exinde jam nasci definitionem ita subaudientem.

XII.

Privilegia iterum sunt vel Generalia vel Specialia.
Generalia, qvæ certo personarum generi aut ordini communia & corpori juris inclusa.

Sic dicta non qvod uni duntaxat concedantur personæ, seu persona hic non denotat eum tantum, qvi fruitur privilegio, qvippe sic realia privilegia plane in castrum abirent, (nam privilegia qvævis personæ utilitatem & commoda originarie respiciunt) sed causam sive subjectum Cui, concurrere & subintelligi debet, i.e. qvæ omnibus ejusdem generis ac ordinis competunt. e.g. Miles, qvi subarmata militia meruit stipendia, ob æs alienum in castris contractum condemnatus, eatenus, quantum facere potest, cogitur solvere. *l. miles. 6. & ibi glossa, in verbis. armata. ff. de re judicata.* Hoc privilegium dicitur personale non qvod uni militum competit, nam omnes qvi in armata militia merent stipendia, modò alias honestè dimittantur, eodem gaudent privilegio; sed eapropter dicitur personale, qvod singulis militibus ad remunerandam qvæsi præclaram, qvam Reipubl. navant operam, tribuatur, hincqve personam eorum minimè transgrediatur. Eodem qvoqve privilegio gaudent,

Ma-

Maritus, de dote vel alia ex causa ab uxore conventus, l. 20.
 ff. de re judicata. Uxor, l. 17. ff. solut. matrim. Parentes propri-
 tales, §. J. 38. de Act. & sic etiam mater, l. 4. §. 2. ff. de in jus vo-
 eand. liberi. l. 3. ff. de re judic. l. 18. princip. ff. solut. matrim. Sacer in
 causa dotis. l. 15. § f. l. 16. ff. Eod. Patronus l. 17. ff. de re judic. So-
 cius, in causa societatis, §. J. 38. de act. l. 63 ff. profoc. Donator in
 causa donationis, §. 38. J. de Act. Is, qvi bonis cessit, si de postea
 qvæstis conveniatur. §. J. fin. de Act. & sic hæ personæ omnes
 moraliter veniunt considerandæ. Sic porro privilegia dotum
 de qvibus integrum Tractatum scripsit Baptista de SCto Blasio:
 Privilegia Fisci; Nobilium (qvamvis horum liberi non tam ex
 transmissione qvam proprio jure privilegia nobilitati annexa
 exerceant) Privilegia Doctorum, Militum veteranorum, Studio-
 forum, de qvibus scripsit Horat. Lucius Calliens. & Julius Pacius
 in Avrb. Habita. C. ne filius pro patre. Hac in Avthentica 4. præcipua
 Studiosorum privilegia proponuntur. (1.) Ne ulla afficiantur
 injuria. (2.) Ne pignorationes vulgo repressalia adversus per-
 sonas aut res eorum dentur, (3.) ne coram alio Magistratu, qvam
 Reætore suo Universitatis, vel Episcopo ejus loci convenientur;
 (4.) qvod in arbitrium Studiosi conferatur, utrum velit coram
 Reætore aut Episcopo conveniri, cum tamen aliæ, si pluribus
 in locis conveniri possit reus, jura actori non reo, tribuant e-
 lectionem, l. 4. Scævola ff. de eo quod certo loco. Huc referri ali-
 qvatenus etiam potest privilegium Universitati concessum, vel-
 uti collegiis, civitati, ut vel singulorum usibus pateat, vel col-
 legium totum saltem conjunctim eo uti possit. Sic inter alias
 majores & principales Imperii civitates speciatim occurrit Dor-
 dracum, qvod habet amplissimum privilegium scilicet jus Sta-
 pulæ, adamantinum Illius Republicæ nervum ac vinculum,
 qvo continetur, qvod omnes merces exoticæ, puta fruges, vina,
 ferrum, ligna & alia qvæ Rheno, Vahali, Mosaque deportantur,
 ibi primum fisti & stabulari debent, ut ibi prius si fieri commo-
 de potest vendantur, sin minus, liceat eas merces alio venden-
 das transferre, etiam non soluto statu portorio &c.

XIII.

Specialia sunt, qvæ singulorum sunt propria.

Henscher. d. l. tb. 41. Colerus Process. Execuc. Part. i. cap. 4. n. 4. seqq. Hæc cum ex ipsa definitione satis perspicua, iis diutius haud immorandum, novam potius privilegiorum divisionem aggressurus.

XIV.

Privilegia alia sunt vel Gratiosa, vel Remuneratoria, vel Conventionalia. *Gratiosa*, qvæ ex solo benignitatis & liberalitatis affectu per gratiæ modum gratis impertiuntur.

Exinde hoc consequitur, privilegium alijs non concedi, nisi ei, quem leges generales obligarent, cum exemptione obligationem ut privatio habitum presupponat. *argum. l. decem ff. de V. O.* & exceptio non possit esse nisi de regula. In summa, quousque Imperator in Imperio & Status in territoriis suis liceat concedere privilegia, hoc fusius vide in usu moderno, *Strik. ff. ad hunc tit.* §. 8. & 9. Quare, cum privilegium aliquid speciale indulget, & eos quibus conceditur jure communi eximat, intelligimus, eos qui habent potestatem concedendi leges generales, habere etiam facultatem concedendi privilegia seu laxamentum addere legi, e. g. Imperator, Princeps in suo territorio. *Duarenus ff. de LL. c. 3. Wesenb. eodem Num. 3.* de quo etiam retro in pag. 2. fusori calamo vid. Inde si queretur, an inde obligetur princeps, respondendum esset quod sic. Cum etiam hic Princeps ad observantiam hujus privilegii teneatur, juxta Generosiss. Dn. à Seckendorffs teutschen Fürsten-Staat / P. 2. C. 4. N. 2. Ein Landes-Herr muß Gewissens halber / und bey der Verantwortung / die einsten der höchste Gott von Ihm fordern wird / auch äußerlicher verbindlicher Schuldigkeit

digkeit wegen / in acht nehmen / entweder daß er oder seine Vorfahren es also versprochen und zugesagt / oder dem alten Herkommen also gemäß ist.

XV.

Remuneratoria sunt, quæ respectu meritorum vel proprietorum vel majorum quasi in præmii vicem, servitiorumque remunerationem conferuntur, & transeunt in contractum.

Carpz. P. 1. Dec. 87. N. 6. De quibus quia ejusdem vigoris cum conventionalibus atque cum his in omnibus sermè coincidunt, disferendi campus statim se offeret refertissimus, definitione privilegiorum conventionalium modò præmissa. Hæc verò

XVI.

Conventionalia privilegia sunt, quæ mediante aliqua obligatione compensativa seu reciproca, seu facto acquiruntur.

Hæcque cum titulo oneroso puta contractu aut pacto acquisita, omnino ad hæredes sunt transitoria, natura pactorum atq; contractuum hoc postulante, l. 7. §. pactorum. l. tale pactum ff. de pactis. Hæcq; cum prioribus puta Remuneratoriis Principem absq; legitima & justa causa, neque retractare, neque revocare, abrogare, mutare & alterare &c. posse, satis abunde testantur, Rauchbard. d.l. n. 3. Richter. P. 1. Decis. 4. N. 43. & 45. Rosenthal. d. Tr. C. 10. Conclus. II. Gloss. ff. late Evenkel. d. Tr. lib. 3. C. n. N. 44. cum seqq. cum Princeps, quamvis solutus sit lege legis, non tamen lege conventionis, Rol. à Vall. Conf. 66. n. 36. Vol. 2. Tale enim privilegium

gium non est mera gratia, sed alter habet jus ex contractu
quaesitum, quod regulariter cum persona non extinguitur, &
Principem etiam ut id salvum esse finat, omnino vi pacti obligat.
Sic etiam in genere, quia omnibus ejusmodi onerosis & remunerato-
riis seu ob bene meritum concessis privilegiis inest obliga-
tio J.G. quod etiam Principes ligat, proinde nullatenus revocari
possunt. Hocq; omne ideo, quia fluunt ex contractibus, quos vel
ipse Princeps, vel ejus prædecessor cum subditis initit; Sic enim
ad eorum observantiam Princeps jure adstringitur, quippe qui
in contractibus suis jure utitur privatorum seu communi, &
tanquam privatus censetur, adeo ut ex plenitudine potestatis
ab iisdem discedere nequeat. *Anton. Fa'. L. 2. C. 11. 22. Def. 12. N. 1.*
Hennig. Gaden: Conf. 3. de jure civitat. ubi tradit, Principem Constitu-
tionem, quæ in contractum transit, revocare nunquam posse,
& ex Prædecessoris sui contractu indistincte teneri. Imò Principem quoque civiliter obligari tradit *Gail. L. 2. Obs. 55. N. 7.* Et
quod Princeps ad observantiam contractus cum subditis initi-
jure adstringatur, in Collegio Juridico Jenensi Mense No-
vembr. anno 1626. ad requisitionem Heinrich von Witzleben auf
Wendelstein fuit responsum. Haud raro autem queritur, quo-
modo privilegia interpretanda, quare opera pretium duxi, a-
liquid hoc loco dicere de effectu & interpretatione eorum.
Notentur itaque conclusiones sequentes.

XVII.

Cum ejus tantum sit legem interpretari, cuius est
dare, *l. ult. & penult. de LL.* Indubio standum
est verbis privilegii.

Argum. l. i. ff. §. licet, 2. de exempt. act. Cum nemo intelligatur dicere,
quod non sentiat, & quod verba mentis indicia fieri velint. *l.*
Labeo. 7. §. 2. de suppeditat. leg. & verba ad hoc inventa, ut mentem
volun-

voluntatemque hominis explicit; Hinc concessionē feudi vel
privilegii generalis, non nisi ea, quæ verbis specialiter sunt ex-
pressa, contineri consentaneum est, *l. cum de laniōnis. 18. ff. de fun-*
do instructo leg. Sic beneficium, quod Princeps tanquam viventi,
quem vivere existimabat, concessit, mortuo eo non competit:
quem tamen modum beneficii sui Princeps esse velit, ipsius æ-
stimationem esse existimo; proinde non dubitandum, quin
etiam privilegium aliás personale s. quod personam non trans-
greditur, tamen ex Principis voluntate etiam ad hæredes tran-
fere valeat. Cumque à significatione verborum non sit rece-
dendum, nisi manifestè liqueat, eum qui concessit, etiam hoc
vel illud sensisse. *l. non alter 69. ff. de legat. 3.* Hinc si Procurator
debitoris cujusdam inducias quinquennii à Principe postula-
vit, ne interea à creditoribus conveniri possit. *l. 2. C. de pret. Imp.*
offer. (quæ indulta literæ quinquennales appellantur vel lettres
de respits, *Faber b. inf.*) quas cum Princeps ei videatur conces-
sisse, putarunt aliqui id beneficium ei defuncto competiturum,
ne ipsius bona per creditores intra quinquennium distrahi
possent; alii contra sentientes dicunt, cum beneficium tanquam
vivo tributum sit, non existimandum esse, hoc etiam ei defun-
cto profuturum vel hæredibus commodatum, quaritur quem
interpretationis modum Judex hic sequatur? & resp. turissi-
mum & commodissimum esse, beneficia principalia per ipsos
Principes interpretari, *l. cum de novo. C. de LL.*

XIX.

Beneficia Principum quam plenissimè interpretari
debemus.

*l. Beneficium. ff. de Constat. Princip. quod verum est, quatenus respiciunt
jus concedentis, quatenus vero interpretatione hac jus tertii
vel alterius cujusdam laederetur, strictissimè potius accipienda*

B 3

veni-

venirent. l. 2. §. merito 10. §. si quis à Principe. 16. ff. ne quid in loco publico, cum Princeps non creditur alterius juri præjudicare velle. l. Nec avus 4. C. de emancip. lib. Secundum quod etiam Scabini Hallenses Senatui zu Zerbst responderunt: Diewell in obgedachten privilegio der gägenwärtige Fall ausdrücklich nicht begriffen; den gleichen privilegia aber stricte zu verstehen/ und ultra casus expressos in præjudicium tertii nitit zu extendiren/ vid. Richr. V. 2. Conf. no. N. 10. Restrингendum igitur privilegium, ne alios lèdat, ita tamen, ne privilegiato plane damnosum, otiosum aut inutile. l. legata 19. ff. de leg. l. cum tale. 72. §. f. de condit. & demonstrat, aliis tale privilegium, quod in damna tertii vergit, sœva dicitur bonitas. Senec. libr. 2. de benef. unaque manu concessum, per alteram velut ablatum censetur. C. cum quid 74. de R. J. in Sexto. Hinc clausula plerumque additur, salvo jure Terti, imo non addita, subintelligitur, cum plerumque privilegia cum alterius damno fieri soleant. Præsertim cum contra naturam sit, ut Princeps sine causa alicui jus auferat, & alii assignet. l. id quod nostrum. ff. de R. D. Wesenb. conf. 1. N. 55. adeo, ut & privilegium, quod ex intervallo & temporis progressu communiter incipit lèdere jus tertii, non modo restrinatur, verum etiam in totum revocetur. Schurff. conf. 43. cent. 3. N. 1.

XIX.

Privilegium ab Imperatore concessum, intelligendum est secundum qualitatem & conditionem personæ aut rei, cui conceditur.

l. si quis. §. sed & si quis. ff. de rupto irrito facto teſt. Schurff. cent. 2. concl. 19. N. 15. Sic Privilegia Ecclesiæ & Clericorum cessant in causa Feudali, ac quoties jurisdictio respectu certæ causæ & qualitatis data est. Sic Gail. I. obs. 37. N. 3. concludit, quoad bona feudalia cessare privilegium fori Clericis concessum, eosque conveniens.

dos

dos esse coram Domino Feudi vel Paribus Curia, & Philipp. Dec. ad D. C. s. N. 19 adstruit, quod quando à lege jurisdictio respectu certæ causa & qualitatis sit tributa, Clerici etiam, in quibus ista qualitas concurrit, comprehendantur. Ex quo porro colligitur, eum qui privilegium habet, ne cogatur solvere collectas, Türcen. Steuer / vel contributiones, urgente necessitate evidenti publica, hoc uti non posse, ea enim omnibus privilegiis præferenda, l. Jubemus. C. de SS. Eccles. Nam privilegium generatim indultum, non includit casum publicæ utilitati contrarium, Schurff. conf. 59. cent. 1. N. 24. nec extenditur ad casum non cogitatum, ibid. 25. nisi privilegium expresse & in specie immunitatem à contributionibus ad onera bellica contineret vel ipso belli tempore concederetur. Reliqua de privilegio immunitatis ab oneribus publicis peti possunt, ex Observat. Andree Gail, libr. 2. obs. 57. Coler. de process. execut. part. 1. c. 4. N. 13. De Privilegiis Ecclesiarum & Scholarum videatur Reifner. libr. 2. Conf. Ques. 3. 4. 5. & 6. N. 36. cum seqq. Et privilegia Ecclesiis competentia, etiam aliis piis locis convenire ostendit Eberhard. in top. leg. in loco ab Ecclesia ad pia loca.

XX.

Privilegiatus contra æque privilegiatum privilegio uti non potest.

Sic miles nullius privati tutor esse cogitur, sed tutelam filiorum militis detrectare non potest, coæqualitas enim honoris militia fortior videtur privilegio, l. sed & milites. 10. in princip. ff. de reb. authorit. jud. possid: Sic assertio illa, quod per ingressum monasterii evanescat substitutio, limitatur ita, si capti vel pauperes filio sunt substituti, c. si quis sub conditione 37. N. 123. de Sanct. Episcop. Etsi enim monasterium excludat substitutos laicos, non tamen aliam causam piam excludere valet, ex superiori adducto fundamento. Disertè vero dictum æque privilegiatum; Si enim duo

duo privilegia hic occurrerent, & unum alteri sit potentius
hoc merito esset präferendum: e.g. si minor cum majore filio-
familias contrahens fuerit Iesus, cum duo hic concurrant pri-
vilegia, restitutio ex parte minoris, SCtum Maced. ex parte
majoris, minor, cum ejus privilegium sit naturale & alterius
majoris potentius, in integrum contra majorem privilegiatum,
cujus privilegium tantum est accidentale, restituitur, & sic ma-
gis ætatis, quam SCti habetur ratio. Hinc qui de damno vi-
tando certat, utitur privilegio contra privilegiatum in lucro
captando. v. g. causa dotis præfertur legato ad pias causas; &
tandem privilegium generale derogat speciali; in toto enim
jure generi per speciem derogatur, & illud potissimum habe-
tur, quod ad speciem directum est, l. in toto go. ff. de R. J. Menoch.
l. 4. præsumt. 183, N 123. cum sèqq. Idem dicendum, si uterque qui-
dem habeat privilegium, unus tamen in actu, alter vero in ha-
bitu seu potentia, sic enim eum præferri, qui actu exercet pri-
vilegium, multi opinantur.

XXI.

Privilegium ita debet intelligi, ut aliquid ultra ju-
ris communis dispositionem operetur.

Cum semper finis' privilegii sit, præcipuum quoddam jus in privi-
legiatum conferre, quod jure communi & alias non tribueret-
ur, arg. l. unica. C. de Tbesaur. & cum privilegium sit lex privativa
seu privata, quæ nempe specialiter & ex singulari ratione quid
indulgeat, proinde certa & manifesta nec obscura aut captiosa
esse poterit, nec esset privata nominanda, nisi quid specialiter,
diversum aut separatum à jure communi indicat, & ultra illud
aliud quid operetur, l. quod Labeo. 9. ff. de Carb. Edict. Hinc profe-
ctò ita privilegiorum verba intelligenda, ut res, de qua agitur,
potius valere queat quam corruat, & privilegio adjuvari non
decipi quis debet, l. in commodato 17. §. 3. ff. commodat. vel contra. l.
Nulla

Nulla 25. ff. de LL. & in genere frustraneos actus jura respuunt & negligunt. Hoc tamen hic non negandum, semper privilegia secundum mentem Privilegiantis amplianda aut restrin- genda esse. B.Brunneman. Conf. 136. Num. 18. qvippe cuius mens ju- ri & justitiae præsumitur conformis. Hinc Principi nunquam aliud placere præsumitur, nisi quod justum & æquum est. l. omnes. 6. C. si contra juvvel uilit, publ. l. digna vox 4. C. de LL. Sed omnes a- ctus suos vult regulari à justitia poli & fori. Gail. l. i. Obs. 14. N. 60. Ideoque indubio eam accipiendam arbitror interpretationem, qvæ à jure communi, quoad ejus fieri potest, minus recedat, adeò ut si dubia verba proprium & improprium habeant infelle. Etum, impropriam significationem ad jus commune proximè accendentem referamus, modò nihil absurdī inde consequatur. C. cum dilectus. §. quia nobis. de Consuetud.

XXII.

Privilegium non præsumitur, nisi probetur.

l. i. C. de mandat. Princip. Wesenb. conf. i. N. 34. nisi sit corpori juris in- scriptum, quod notorium, aliàs legale dictum, cuius mentio- nem facit Enenkel, libr. 2. c. 1. hocque cum ex authoritate juris de- pendeat communis, non facile à Principe poterit auferri; sic enim juris est privilegium non facti, & legis generalis appellati- one continetur. Jas. in l. si quis in princip. N. 9. ff. quod quisque juris in alium. Nec adversario haud debet esse ignotum, argum. l. 243. ff. de orig. Juris. Hujusmodi sunt, privilegium Friderici II. in Autb. Habita. C. ne filius pro patre. Privilegium Scholarium, d. autb. Habita. Privilegium tamen unius in individuo, prodest socio etiam non privilegiato, l. si commune 10. ff. quemadmod. servit. amitt. l. si quis. 29. ff. de liberat. legata. Cum itaque secundum supra di- cta privilegium nunquam præsumatur, sed ab allegante ex- pressa concedentis voluntas semper probanda, hinc sequitur; Si Papa scienter excommunicato participet litteris, verbo vel osculo, vel alio quovis modo, ipsum per hoc absolvere mini-

C

mē



mē censetur, nisi se velle forsitan exprimat. Similiter si qvem sub titulo cuiuslibet dignitatis ex certa etiam scientia, verbo, constitutione vel litteris nominet, honoret seu quovis alio modo tractet; per hoc in dignitate illa ipsum approbare non intelligitur, aut quicquam ei tribuere novi juris. Ex paritate rationis, nec Princeps appellando aliquem Nobilem, illi Nobilium privilegia mox indulgere præsumitur,

XXIII.

Privilegium posterius speciale non derogat priori generali vel speciali.

Dec. in d. l. 80. Mirum hoc est, cum etiam in toto jure generi per speciem derogetur, *l. in toto. 80. ff. de R. 7.* Sed limitantur hæc, nisi hoc posterius expressam privilegii prioris quoad correctionem faciat mentionem. Censetur enim Princeps, qui posterius concessit, prius per oblivionem quasi praterisse, quæ omnia late & distincte explicat Menoch. *l. 6. præsumt. 40.* Hic oritur quæstio: An Princeps possit concedere Privilegium à se quoq; concessio contrarium? quæ sequenti casu decidenda. Si Princeps concederit alicui debitori innumeros fermè creditores habenti literas moratorias, ut intra certum temporis spatum ab illis conveniri non poscit, posteà vero unus ex his creditoribus mercator forte ad incitas ferè redactus, Principis auxilium implorat eiq; ostendit, totalem mercantia suæ nunc imminere jaeturam, vixque necessaria vitæ subsidia adhuc superesse, si à dicto debitore magnam sibi debitam pecuniæ summam exigere prohibetur; Huic vero Princeps quoque concedit privilegium, sibi non obstantibus litteris moratoriis debitum suum à debitore extorquere licere, posterius privilegium tanquam fortius hic præponderat, siccq; creditorem debitorem ad solvendum compellere posse statuo; hocque ob clausulam *Non obstantibus litteris moratoriis appositam s. sub intellectam.*

XXIV. Con-

XXIV.

Confirmatio privilegiorum legitimorum nihil adducit novi, nec veteri juri quicquam detrahit.

Ratio manifesta, quia confirmatio ut nomen ipsum indicat, id quod jam est, firmum reddit, unde consequitur, non posse confirmari privilegii capita, alias minime ibidem extantia, cum non entis, nullae qualitates, l. si scryum 4. §. si modus. 1. ff. de aet. emt. l. 1. ff. de hereditat, vel aet. vendit. l. final. ff. de collatione bonorum. Hinc dicunt Dd. confirmationem non procedere, ubi non est confir-
mabile, Hari. Pistor. libr. 2. quest. 20. Num. 36. Contra finem quoq;
confirmationis foret, ex eo quod confirmandum offertur aliquid
detrahere; privilegii enim renovatio seu diminutio nunquam
præsumitur; Nam si Princeps seipsum correxisse & voluntatem
in alterius detrimentum mutasse præsumeretur, inconstantia
incurreret maculam. Et quamvis alias sapientis viri sit consi-
lium suum mutare in melius, (nunquam enim præstantibus in
Republica gubernanda viris laudata est perpetua in una ea-
demque sententia permaneo) attamen in hujus vel illius perni-
ciem & incommodum mutare consilium, durum & iniquum fo-
ret. Non ergo poterit Princeps sententiam semel latam in
præjudicium partis victoris revocare; Princeps enim privat-
orum hic uitur jure, Cravett. cons. 21. N. 14. mutatio etiam ut ac-
cidens nunquam præsumitur. l. si veros. §. qui pro rei qualitate. ff.
qui satis dare cog. Addidi supra de legitimis privilegiis; irrita
namque privilegia, seu sub- & obreptitia efficaciter nequeunt
confirmari, sed plane nullius sunt momenti: Hinc quamdiu
de sub- & obreptione seu de falsitate ac veritate celata atque o-
missa constiterit, quilibet ejusmodi privilegiato in usu privi-
legii impedimento existere sequi opponere potest. Cum enim
nihil tam contrarium scientia & consensui sit, quam error,
qui imperitiam detegit, hinc ea quæ animi iudicio & ex certa
scientia peragi debent, erroris interventu semper vitiari vide-



mus, quod & procedit in testamentis aliisque passim obvenientibus contractibus; nisi princeps ex certa scientia (qua tunc demum præsumitur, si causa cognitio præcesserit) denuò privilegium confirmaverit, aut clausula motu proprio aus wohlbedachten Muth/ reissen Rath und Nachsinnen/ confirmationi ejusmodi adjecta fuerit, qua hujus est effectus, ut exceptionem sub- & obreptionis in totum auferat. Idem dicendum, si alias de Principis reiterata jussione satis constiterit.

XXV.

Qui porro petit confirmari sibi privilegium, censetur omnium capitum petere confirmationem.

Roland. à Valle. conf. 61. Vol. 5. Et vel maxime Princeps confirmando privilegia in genere non censetur confirmare ea quæ sunt contra jus. Si tamen in generali confirmatione unum aliquod exceptiat, videtur reliqua omnia confirmasse, quod exceptio in casibus non exceptis regulam confirmet. *l. Tribunus militum. 21. §. 1.*
ff. de testament. milit.

XXVI.

Contraria Privilegiorum.

Privilegium verò vires suas amittit ob defectum vel in causa efficiente, vel in materia, vel in forma & fine.

In Causa efficiente seu subjecto quod vel activè vel passivè audit, consideranda persona concedentis & ejus, cui conceditur.

XXVII. Prin-

XXVII.

Princeps enim, qui privilegium concessit, idem ex justa causa adimere potest.

C. postquam. §. hic ita. 25. Qu. 2. C. si qui Episcopi, in f. cum c. seqq. d. Qu. 2. Nemo enim legem sibi potest dicere, à quâ non possit iterum recedere, l. 25. de arbitrâ, l. ille à quo 13. §. tempestivam. 4. ff. ad SCt. Trebell. l. ad- ditio. 108. §. nulla. ff. de V. O. Sic in omnibus diplomatisbus privi- legiorum hæc adjicitur clausula: Doch behalten wir uns vor/ die- ses concedire privilegium zu mindern und zu mehren / ja wohl gar nach Befinden wiederum aufzuheben. Dux autem ex justa causa, puta necessitatis, cuius intuitu princeps commotus, hoc faciat. Qvapropter tempore summa necessitatis, si exercitus ad defen- sionem Reipublicæ conscriptus aliunde stipendia consequi non possit, Ecclesiaz conferre coguntur, nullo privilegio aut immu- nitate obstante, l. ut gradatim. u. §. 9. de decimis. Sic etiam privi- legia immunitatis, Nobilibus aliisq; privilegiatis personis con- cessa, non sunt extendenda ad collectas ob bellum aut aliam necessitatem aut utilitatem publicam indigetas, l. jubemus. 14. C. de SS. Eccles. Mysing. cent. 4. obs. 70. Rosenthal. c. 5. Conclus. 86. N. 3. & hanc communem Dd. opinionem non tantum consuetudine & praxi in Germania, sed & in Gallia alibique receptam testan- tur, Mysing. d. Obs. 70. Tessaur. Decis. 234. N. 10. Et ita etiam in col- lectis pro defensione contra Turcas impositis, in comitiis pro- vincialibus zu Weymar anno 1563 & 1662 habitis unanimi Sta- tuum consensu fuit observatum. Sed quæritur hic, an Princeps jus quæsitum alicui posfit auferre? Resp. distinguendo in- ter jus quæsitum jure civili & jure naturali: Hoc auferri nun- quam poterit, per l. Nec Aviu. c. 4. de emancip. Reipublicæ enim non expedit, nec variatio Principi convenit, sed legibus admodum est inimica: Et in genere Princeps debet esse constans & habere unum calatum unamque linguam, Domin. Cardin. Tsch. Tom. 6. sub lits. p. Concl. 699. Bene tamen interdum illud, nempe jus quæ- situm

situm civile, quippe, ut aliquis ita sibi jus quæsierit, e.g. per
 Usucaptionem, hoc à voluntate dependet Principis ipsius; Ergò
 poterit idem contraria etiam voluntate iterum disponere, ut
 huic jus quæsum non sit. Qvjin tamen generali lege modum
 talem acquirendi per Usucaptionem, Princeps plane è Republi-
 ca tollere possit, non dubitarem, cum LL. illæ civiles, illarum-
 que abrogatio sint in arbitrio Principis. Tutius tamen hæc o-
 mnia intelligenda de jure quærendo non verò jam quæsito, h.e.
 mutatio Principis ad futura, non ad præterita extendenda, &
 si vel maximè etiam ad præterita, parti ita læsa ad minimum ex
 publico satisfaciendum: nam in genere omnis à Principe con-
 cessa immunitas restringenda, ne in universitatibus vergat detri-
 mentum, *l. actores. 4. C. de exact. Tribut.* Cum itaq; non inficiandu-
 dum, ex quoconque privilegio, quoconq; demum modo con-
 cesso, jus quæri ei, cui concessum est; privilegium verò cum
 sit jus, & sic privilegio quæsito, quoq; jus esse quæsum, *Enenkel*
de Privil. l.3.c.7.n. 1. Jus verò quæsum nemini nec à Principe qui-
 dem posse auferri, hinc verius & rectius videtur, Principem
 nulla prorsus privilegia, & ne illa quidem, quæ ex sola libera-
 litate, nulla penitus accidente obligatione alicui semel con-
 cessit privilegia, sine causa iterum posse revocare, *Bichius Decis.*
210. N. 2. Cephal. conf. 342. N. 66. Ut enim privatis admodum turpe
 est fidem semel datam fallere & promissis non stare, ita multò
 magis hoc in Principe fœdum existit, *Menoch. conf. 27. N. 32. Be-*
sold. conf. 44. N. 19. in primis cum ipsius vita & actiones, subditorum
 suorum debeat esse norma & regula. Quid quod in *l. 8. C.*
de summ. Trinit. sat eleganter dicitur. Nil quicquam est, quod
 clariori lumine resulseat, quam recta fides in Principe. Imò
 quod Principem non decet, nec facere illum posse credendum
 est, *arg. l. 15. de condit. Inßit.* Quod & in FERDINANDO I. Romanorum
 Imperatore laudandum; Hic enim, cum Bohemi, anno 1546.
 per incendium privilegia amisissent, & in dubio constituti, an
 renovatio & confirmatio eorum ex integro iis nunc obtingere
 posset, generosam & verè germaniam protulit sententiam: Ob-
 schon die Ihnen concedirte Privilegia im Rauch vergangen / so wäre
 doch

doch Treu / Glaube / und Königliche Zusage in seinem Herzen nicht verbrannt / wäre genetgt / alle und jede Freyheiten zu vermehren / zu verneuern und zu bessern / ja gar mit Mältern zuzumessen. Philip. Andr. Burgoldens. Discurs. ad J. P. O. M. Part. I. §. 50. p. m. 56. Sic etiam quilibet partes virtuosissimi Principis poterit implere, juxta Generos. Dn. à Seckendorff. P. 2. C. 1. N. 22. Die Privilegia soll man mit allem Fleß und äussersten Vermögen schützen / beschirmen / und unverringert erhalten / denn daran ist der Städte Glück und Wohlfahrt zum höchsten gelegen / und seynd solche Privilegia das einzige Mittel / dadurch sie gedeihen und zunehmen können.

XXVIII.

Privilegium à Principe concessum à Successore revocari nequit.

Nam cum sub fide publica & dignitatis principalis censeantur collata, Reinking. de Regim. Secul. & Eccl. l. 2. Gloss. 2. c. 8 N. 25: & in genere ad omnium omnino privilegiorum revocationem aliquid causa sit necessaria. Menoch. Conf. 1007. N. 63. 65. concluditur proinde, quod etiam successores antecessorum suorum legibus obligentur, vide tamen. C. innotuit. 20. §. quamvis autem. de Electione. l. forma. 2. de officio Prefect. Praetor. l. Num Magistratus. 4 ff. de recept. arbitri. Nisi tamen vel pacto vel jure jurando (quod in inaugurationibus Principum, Regum & Ducum non est adeò infrequens) se ad has antecessorum leges observandas obligaverint, quo prætextu non hominum tantum, sed etiam naturæ sunt leges, quibus ne Princeps quidem solitus. Et quod Princeps naturaliter ita ex contractu cum subditis initio obligetur, ad eò ut obligatio facta ratione dignitatis adstringat successorem ad ejus observantiam, statuit Arnold de Reyher in suo Tr. sub voce Princeps. N. 75. & 111. Verum hæc omnia veniunt intelligenda, si princeps sine justa causa, quæ tamen subesse præsumitur, in præjudicium subditorum privilegia tollere vel corriger



gere velit , aliàs justa concurrente causa , Prìncipem tam à se , quam ab antecessoribus indulta privilegia , sive sint personalia , sive generalia , pro rerum statu , favore utilitatis publicæ vel imminuere , vel penitus mutare posse , patet ex modò allegato *C. innotuit.* 20. §. quamvis autem ff. de *Electione*. præsertim si titulo singulari seu electivo ad imperium pervenerit . Quanquam nec per hoc negandum , etiam successorem universalem ad facta & prævilegia antecessoris servanda certe per interpositam Rempublicam obligari , nisi privilegium Reipublicæ planè sit noxiūm , forte si monopolium metuendum , sic enim commodum privatorum publicæ cedit saluti .

XXIX.

Princeps non subdito concessum privilegium ex causa aliqua non potest revocare .

Cum enim Princeps respectu ejus , qui subditus non est , non fratur privilegiis Principatus , quippe qui non nisi suorum subditorum est Princeps , & sic respectu eorum persona censeatur privata , consequitur Prìncipem concessum privilegium , ei , qui subditus non est , revocare minime posse , quod latè explicat *Felinus in C. Novit.* N. 9. cum seqq. de *Judiciis* , quam communem sententiam etiam probat Martinus Laudensis in *Tractat. de privilegiis. Quest. 24.*

XXX.

Ex parte ejus , cui concèditur , privilegium amittitur vel ratione delicti , vel negligentiae vel propria quadam inductione seu renunciatione ; Ratione delicti , quia Prætextu privilegiorum , autoritatem publicam labefactare aut vacillare haud oportet .

L. 2. C.

L. 2. C. de privil. Scholar. Nov. 17. c. 5. Privilegia enim bene non male
meritis dari æquum est, l. Testament. 26. ff. de Test. milit. Cum enim
qualibet delicta suam mereantur pœnam, ac Reipublicæ quoq;
intersit, illa non manere impunita, quid quæso obstaret, quo
minus Princeps privilegium alicui subditorum concessum, pœ-
næ loco possit afferre, prævia causæ cognitione. Et dolus omne
exuit privilegium, l. 2. §. Sed ita demum. 3. ff. ad SCt. Vellej. nec at-
tenditur hic, an sit Gratiosum, seu ex solo benignitatis aut libe-
ralitatis affectu, Remuneratorium, respectu scil. meritorum, an
Conventionale, e. gr. mediante facto, dato, vel reciproca qua-
dam & compensativa obligatione quæsitus. Sic Vasallus, si
vel directo seu immediate & quidem in committendo, feloniam
patravit; verbis nempe contumeliosis dominum afficiendo, oc-
cidendo, vulnerando imò etiam manus tantum contra ipsum
levando, vel per indirectum & mediare in Dominum peccando,
v. g. uxorem Domini sive violentem sive nolentem etiam igno-
rans cognoscendo, imò tantum osculando, privilegio feudi ex-
uitur. Hoc tamen ultimo casu, cum absit animus laedendi Do-
minum, (quippe qui ignoranter in uterum Dominae cognove-
rat) in delictis tamen nocendi animus & scientia omni ex parte
requirantur, Feudistæ eum à privatione feudi absolvunt. Hinc
cum secundum vulgata voluntas & propositum maleficia distin-
guant, exinde colligitur, eum, qui ignoranter stuprum uxoris
forori, quæ fæse in lectum affinis sui collocaverat, infert, ab a-
dulterii pœna excusari, C. in in lectum. 35 Quæst. 1. item: Vasallum
cum Domina sua nefscius (utpote si larvata ad domum Vasalli ve-
nierit) dormientem, eo minus feudo privari, Zaf. N. 27. de feud.
privat. in Commentario ad feuda. Sic crimen perduellionis ad-
eò omnia perimit privilegia, ut etiam ædes rebellium radicibus
extirpari conveniat, ut habitationes eorum fiant desertæ, Cræ-
veta conf. 640. N. 6. Nam privilegia gratitudinis causa ob benè
gesta vel virtutibus præditis conceduntur, nec quod hominis
adjuvandi & facilitandi causa concessum in concedentis odium
vergere ac detorqueri debet. Cessante itaque causa privilegii,

D

cessat



cessat & ipsum privilegium, C. cum cessante, de appellat. Sic viduæ
privilegia sibi concessa, ut eadem nempe dignitate cum maritis
suis prædefunctis fulgeant, utque viduæ per idoneos servos arti-
ficium mariti defuncti exercere possint (quod passim Statutis &
consuetudine receptum) dum vitam sequuntur luxuriosam, a-
mittunt, *Vivius. libr. i. commun. opin. S. Statutum in favorem.*

XXXI.

Ratione negligentiae amittitur privilegium, si quis
facultatem habeat aliquid faciendi, isque hac intra de-
cennium non utatur.

L. i. ff. de nundin. Schurff. conf. 14. cent. i. Nam cum privilegia ratione
impedimenti removendi sint jus universale, & omnes stringant
homines, ne privilegiato in usu hujus impedian, & tamen pri-
vilegiatus quamvis exerente occasione, intra tantum temporis
jure hoc singulari minime fuerit usus, damnum hoc, quod sic
sua culpa sentit, sibi sentiat. De jure tamen Saxonico, si quis
non utendo privilegium amittere debeat, triginta annorum, an-
ni & diei requiritur spatium, *Andr. Rauchbar. part. 2. Q. 1. st. ii. N. 98.*

Carpz. P. 2. Constit. 3. D. 23. N. 1. Et juxta haec in Collegio juridico
Jenensi mense Mayo anno 1614. ad requisitionem Gerhard Meis-
ers, Civis cuiusdam zu Hainau/ pronunciatum memini: Ob wohl
besage des Privilegii die Besitzer der Schölkerey auf den gewöhnlichen
Weiden und zur Hüttung ausgesetzten Feldern 400 Schaaff hüten mö-
gen; Dennoch da der Scholz aus Nachlässigkeit sich solcher Schaaff-
trifft in 30 Jahren Jahr und Tag nicht gebrauchen/ so hat er sich an sol-
cher Gerechtigkeit verschwiegen. Aliud si facultate utendi fuerit de-
stitutus, utopte bello aut alio aliquo detentus impedimento,
sic enim nulla hujus appetet negligentia, quam tamen hoc in
casu præcipue considerandam putaram, cum præsupponat tacitum
consensum; unde Nobilis vel alias, qui ex Privilegio Prin-
cipis

capitulum merum habet imperium, licet vel longissimo tempore eo non fuerit usus, id tamen non amittit, si nulli extiterint facinorosi, in quos potuisset Imperium hoc exercere, *Gail. l. 2. Obs. 60. N. 2. & 6.* & inter bellum tempestates privilegium non perire sat luculenter ostendit *Mav. P. 2. D. 1.* Sic enim non utenti nulla imputari poterit culpa, quia casus non evenerit, quo privilegio suo uti potuerit; & non valenti agere non currit præscriptio, *l. 1. §. ne autem. C. de annal. Except.* Sic etiam falsa illorum opinio, quod collapsu patibulo ante 20 vel plures annos, per hoc etiam jus suspendendi fures amittatur; cum hic vix credendum sit, occasionem suspendendi interim adfuisse; aliqd si occasio utendi fese objecerit. Nec amittitur hoc casu privilegium, si facultas faciendi aliquid in merum arbitrium facientis conferatur, *Gail. d. Obs. 60. N. 9. Schurff. cent. 3. conf. 29 N. 3. Schneider. ad 9. poscidere enim. 161. J. de interdict.* Ad quod etiam in Dicasterio Jenensi Mensi Augusto anno 1638, ad consultationem der sämmtlichen Brauer und Brau. Geschwornen zu Zella fuit pronuntiatum; & hæc negligentia cum renunciatione coincidit, hinc

XXXII.

Ratione renunciationis amittitur privilegium, quoties ei expresse renunciatum, vel quoties quis actum unicum privilegio contrarium admiserit vel ipse consummaverit.

Ex hoc enim tacitam renunciationem colligi posse, fusori calamo tradit *Enenkel de privil. l. 3. c. 15. præprimis si privilegium quoddam consistit in non faciendo, veluti ne quis cogatur solvere collectas, sic enim per unicum actum contrarium à privatis amittitur privilegium, Schurff. cent. 1. conf. 59. nisi actus iste ob quandam necessitatem invito esset extortus.* Cum itaq; in necessitatibus nemo præsumatur liberalis & consentiens tantum juri suo re-

nunciasse censeatur, l. 38. §. 1. servus communis. de donat. inter vir. & uxor. l. apud Celsum 4. §. quæsum 12. de doli except. Sequitur, eum, qui immunitatem habet, à collectis solvendis seu contributio-
nibus, si semel quidem solvit, attamen etiam protestatus fuerit,
per hoc privilegium suum non amittere, Schurff. cons. 39. cent. 3.
N. ult. Ecclesia vero ejusmodi concessum non amittit, nisi spatio
40 annorum, Gail. 2. Obs. 60. N. 12. Schurff. cons. 39. N. 7.

XXXIII.

Is verò cui plura remedia seu privilegia competunt,
uni renunciando alteri non renunciat.

Quia omnis renunciatio donationi æquiparatur, ut tradit Tiraquel.
in l. si unquam. in verbo. Donatione. Quest. 8. C. de revocat. donat. Cum
vero Donatio facta non præsumatur, nisi probetur; sequitur re-
nunciationem non esse verisimilem, sed probationibus sufficien-
tibus ostendendam, maximè cum renunciatio stricti sit juris,
nec in ea veniant, nisi quæ sunt expressa, l. ex pluribus. 89. ff. de
solut. l. emtor. 47. §. Lucius. 1. ff. de pact. aliud si ejusdem sint condi-
tionis & naturæ, & unum ex altero sequatur & dependeat.

XXXIV.

Sic porro perit privilegium ob defectum, vel *in for-*
ma, e.g. per abusum: Privilegium enim amittere me-
retur, qui permisla sibi abutitur potestate.

C. cum privilegia. 24. de privileg. cumque is, qui latius nec ad modum
præscriptum utitur privilegio finesque in eo constitutos trans-
greditur, eo dicatur abuti, consequens est latiori hoc usu privi-
legium

legium amitti, abusu usum tollente, l. ejus qui 3. c. de aqua ducet.
L. II. n. 42. Vel

XXXV.

*In materia, subjecto eorum sublato, cum sublatu-
to hoc, tollantur accidentia.*

l. 168. ff. de R. f. Enenkel l. 3. c. 13. Sic verbi gratia, adibitis incendio
combustis, privilegium illarum quoq; cesit. Sic porro privile-
gium quod competit marito, ne ab uxore soluto matrimonio in
plus quam facere poscit, conveniatur (deducto nimis ne e-
geat aut alimentis careat) marito defuncto hæredibus ejus non
datur; exceptis tamen solis filiis mariti, l. etiam, ff. solut. matrim.
l. maritum, 12. cum l. seq. Eodem. Nec privilegium, quod datur mu-
llieri, quo cœteris creditoribus in repetitione dotis præfertur,
ad hæredes est transitorium, l. ultim. f. ad haec. C. qui potiores in pi-
gnore. l. unica. C. de privil. dot. in filium tamen transmittitur, N. 91.
Generaliter enim in omnibus causis, ubi personæ conditio lo-
cum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoq; deficit.
Vel

XXXVI.

*In fine, cessante personarum qualitate, propter
quam indulta.*

l. 87 §. 1. ff. de Legat. 2. C. 60. X. de appellat. Sic Studiosus, licet in nu-
merum studiosorum receptus, si tamen studiorum loco, mori
Græcorum seu Scyphis Hærculanis, imo meretricibus tressis &
lupanaribus incumbat, effectu privilegiorum suorum destitui-
tur. Is etiam, qui in numerum artificum receptus, artem ta-

men non exercet, privilegiis artis frui haud potest, l. *Scrittariorum*
i6. C. de milit. testam (vid. tamen. l. eos qui. C. de excus. mun. Richter
P. i. Dec. 4. N. 15. In genere enim privilegia, quæ dignitati magis
quam officio dantur, etiam honeste deposito officio adhuc du-
rant.) Morte tamen concedentis nunquam perit privilegium,
nisi ad beneplacitum sit concessum, sic enim morte velle defini-
mus.

XXXVII.

Tandem colophonis loco h̄ic obiter annotandum,
Retorsionem privilegiorum regulariter non esse ad-
mittendam.

Limitatur tamen hoc aliquando in causis judiciariis. e. g. Si impe-
traverim privilegium, ut omnes contra quos litigo, teneantur
in persona comparere, contra Regulam, l. fin. C. de Procurat. pari-
modo nec ego per Procuratorem possum comparere, sed vi re-
torsionis potero compelli, ut personaliter in judicio compa-
ream & causam meam agam. In judiciis enim nulla personarum
acceptio habenda, C. in judiciis de R. J. Sic si actor impetraverit
per aliquod rescriptum, ut appellatione remota terminetur ju-
dicum: Ipse etiam in causa reconventionis victus non poterit
appellare, c. fin. & ibi Gl. X. de mut. pet. utut enim privilegia regu-
lariter personam privilegiati non transgrediantur, l. i. pr. ff. de
conf. Princ. Interest tamen Reipublicæ æqualitatem inter litig-
antes observari, & sic quod reo non licet, nec actori licere de-
bere, juxta l. 55. ff de R. J. Hincque privilegium uni ex litigato-
ribus datum, in alterius quoque persona locum habere poterit.
Christin. Decis. Belg. V. 5. Dec. 120. N. 24. seqq. Enenkel de Privil. l. 2. c. 4.
N. 9.


Sicque





Sicqve etiam Tibi, B. L. submissa mente hæc,
qvæ de Privilegiis in præsenti occurrabant, in conspe-
ctu do, inficias qvidem ire haud potero, huic materiæ
aliâs qvidem latissimæ & in humanis negotiis freqven-
tissimæ, longe plura superaddenda fuisse. Verum e-
nim verò prima jam vice qvævis fusiori proseqvi ca-
lamo, ratio temporis viruncularumq; prohibebat im-
becillitas. Tuum nunc erit hæc mea privata exercitia
atqve conatus animo suscipere sereno, & pro cando-
re Tuò benigna interpretatione tua supplere, qvæ hîc
poterant desiderari, siqve me in hoc vel illo deprehen-
deris errasse, & ad trutinam juris & mentis accuratioris
Tuæ, non adeò accurate respondere, scias velim hanc
operam me tantum impendisse in proprium & priva-
tum stn:ii exercitium, & ut subinde in juris materiis
fensim fensimqve enucleandis, me qvovis tempore
ut gestio excultiorem reddere non neqveam. Deo
immortali omnia mea accepta refero, cu-
jus ope vivo, inteligo & ago.

Tantùm.



卷之三

He 1912 X

ULB Halle
006 663 443

3



	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

JURSUS
 E
 LEGIIS,
 TER OTIA
 COLLECTVS
 ICI AC DOMINO,
 INO
RICO,
 JULIACI, CLI
 IT ET ANGARIÆ ET
 VIO THURINGIÆ, MAR
 INCIPALI DIGNITATE HEN
 CÆ ET RAVENSBVRGI,
 VENSTEINII
 Æ, &c.
 PATRIÆ PATRI
 FELICISSIMO,
 evotâ mente
 " " " "
 reâ VWestphal,
 ar. Aul.
 REYHERIANIS.
 76 1912 = X

